



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

8. Maji. Quisquis occultè improbus eoa inter vitam degit; qui probitate delectantur, multo illic tempore durare non potest. S. Ignat. apud Bartol. I. 4. §. 37.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

8. Maji.

*Quisquis occultè improbus eas inter vias  
degit; qui probitate delectantur, malis  
illic tempore durare non potest. S. Ignatius  
apud Bartol. l. 4. §. 37.*

**V**Æ sepulchris dealbatis, quæ candi-  
dum foris colorem mentiuntur, intus  
plena putredine. Hypocritam nemo da-  
git, non homo, quia societatem humanam  
tollit; non Deus, quia veritas est.

Minus semper malitia palàm nocet.  
Dum ignis in publicum erumpit, concu-  
ritur undique, media, ut sopiatur, offeruntur,  
at, quamdiu latet, impunis nocet.

Qui fallere vult omnes, justo Dei judi-  
cio fit, ut ipse fallatur maximè. Fidem  
quam non invenit, nemo prudens reddet.  
Astus astu luditur, & larva personato  
nihil simile cogitanti, detrahitur.

Deus non fallitur, rimatur intima. Fru-  
stra sunt tenebræ, & latibula, oculus illius  
omniscius ubique penetrat. Cave, perso-  
nam pone: aliàs, percutiet te Deus per  
ries dealbate. Esto quod appares, aut ap-  
pare, quod es.

9. Maji.